



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXX. Der Bischof Heidenreich von Brandenburg verbindet die Kirche zu Plessow als Filial mit der zu Plötzin, im Jahre 1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](#)

XXIX. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen der Stadt Gransee Zoll und Marktzins,
am 9. Mai 1285.

Otto et Conratus d. g. Marchiones Brandenburgenses — ad uniuersorum noticiam deuenire cupimus — quod dilectis nobis in Cristo Burgenibus in Granzoye, Thelonum cum censu forensi pariter coniuncto, quod in ciuitate Granzoye hactenus habuimus, pro centum talentis denariorum Brandenburgensium libere vendidimus a dato presenti perpetuis temporibus jure hereditario possidenda, ita quod in dicto thelonio pariter et in censu commodo nobis nihil iuris poterimus vendicare nec etiam ab abeuntibus nec ab intrantibus dictae ciuitatis thelonium debet aliquod extorqueri. Schultetus vero dictae ciuitatis tertium denarium in censu, utpote hucusque habuit, et non amplius obtinebit. Si vero Burgenses prefatae ciuitatis in dicta ciuitate macella, Budas sive structuras habitabiles ratione laetioris censu construere et edificare decreuerint, prefatus scultetus usque ad consummacionem earundem structurarum in expensis propriis et cum suis denariis et complete si plus tollere presumperit pro parte tertia adjuvabit. — Testibus Reinhero de Bens, Tethardo de Wustrow, Ottone de Ellingen, Burchardo de Cockstede, Wilhelmo de Kerkow, militibus nostris, Domino Wilhelmo, Preposito in Granzoye, Bussone Marchoallo, Raven, nostris officialibus, et aliis etc. — Datum in vico Manstorp, Anno domini MCCLXXXV per manum Bernardi, nostre curie notarii, proxima quarta feria ante festum pentecostes.

Aus Seidel's handscr. Urk.-Sammlung des R. Geh. Staats-Archives.

XXX. Der Bischof Heidenreich von Brandenburg verbindet die Kirche zu Plessow als Filial mit der zu Plötzin, im Jahre 1287.

Heydenricus, dei gratia episcopus Brandenburgensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum tempore, confuevit reverenda antiquitas acta hominum scripti Testimonio perhennare. Hinc est, quod ad communem notitiam hominum cupimus devenire, quod nos vii consilio peritorum et de consensu capituli Brand. ecclesiam Plessowe, que quondam ecclesie de villa Staregesere nuno distrincte extitit filia, subjecimus et adunivimus ecclesie in Plotzin, ita quod exnunc in antea sit filia jam dicte ecclesie in Plotzin et is, qui pro tempore plebanus in predicta villa Plotzin extiterit, sepedictam ecclesiam in Plessowe tanquam filiam officiari per se vel per alium procurabit. In ejus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini M° CC° LXXXVII°, pontificatus nostri anno primo.

Aeußere Aufschrift:

Unio Heydenrici episcopi de ecclesia in Plessow ad ecclesiam in Plotzin.

Nach dem im Besitz der Gollwitzer Gutsherrschäft befindlichen Originale vom Herrn Professor Hestler mitgetheilt.
(Der Abdruck Hypth. I, B. 8. S. 170 No. CXV. ist nach einer fehlerhaften Copie geschehen).